BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hec nomina fortium David.
David sedens in cathedra sapientis
simus princeps inter tres. ipse est
qui tenerrimus lignum huiusmodi. qui
octingentos interfecit impetu uno.
Post hunc eleazar filius patrui
eius ahohi. inter tres fortes qui erant
cum david. cum exprobrarent philis
tiim. congregati sunt illuc in prelium.
Cumque ascendissent uiri israel. ipse
stetit. et percussit philistheos donec de
fecit manus eius. et obriguerit cum
gladio. fecitque dominus salutem mag
nam in illa die. et populus qui fugerat
reuersus est ad diripere spolia de trans
ea. post hunc semma filius age
de arari. Et congregati sunt philistiim
in turbam. Erat quippe ibi ager
plenus lente. Cumque fugisset po
pulus a facie philistiim. stetit ille in me
dio agri. et tutus e eum. Percussit
que philistheos. et fecit dominus salu
tem magnam. Nec non et tres qui erant principes inter
xxx. et uenerant tempore messis ad dauid
in speluncam odollam. Castra autem
philistinorum erant posita in valle
rephaim. et david erat in presidio.
Porro statio philistinorum fuerat
in bethleem. Desiderauit autem dauid
aquam de lacu. et ait. Siquis michi
daret potum aque de cisterna que est
in bethleem. que erat iuxta portam.
Irruperunt igitur tres fortes castra philis
tinorum. et hauserunt aquam de cisterna
bethleem. que erat iuxta portam. et
attulerunt ad dauid. At ille noluit
bibere. sed libauit eam domino dicens.
Propitius sit mihi dominus ne faciam
hoc. Num sanguinem istorum bonorum
animarum pretium qui profecti sunt
in uiam. Noluit igitur rex bibere. Hec
fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque
frater ioab. filius sarui. princeps erat
erat de tribus. ipse enim tenuit has
tam suam contra ccc. quos interfecit.
nominatus in tribus. et inter tres no
bilior erat. princeps eorum factus usque ad
tres uiros primos non peruenit. Et
banaias filius ioiade uiri forti
simi. magnorum opum de capseel. ipse
percussit duos leones moab. et ipse
descendit. et percussit leonem in me
dio cisterne in die niuis. Ipse quoque
interfecit uirum egyptium. dignum
spectaculo. habentem in manu hastam.
Iste cum descendisset ad eum in turba.
extorsit hastam de manu egyptii.
et interfecit eum hasta sua. Hec fecerunt
banaias filius ioiade. et ipse nomi
natus inter tres robustos. qui erant
inter xxx. nobiliores. iuxta tamen
usque ad tres non peruenit. fecitque
eum sibi auricularium a secreto domino.
Asahel frater ioab inter xxx. Elea
nan filius patrui eius de bethlehem.
Semma de arari. elisacha de arodi.
Helas de felechi. Hira filius achis
de thecua. abiezer de anathoth. mo
bonnai adusathi. selmon acho
ites. maharai netophathites. He
led filius baana. et ipse netophathites.
ithai filius ribai. de ge
beth filiorum benyamin. banaia af
franothites. heddai de torrente ga
as. abialbonai arbathites. azma
uet de bethromi. Eliaba de sa
lomi filii assen. Ionathan. et nara
semma de horodi. hiaram filius
sarar arothites. elifelech filius sa
afai filii maachati. heliam filius
achitofel gilonites. esrai de car
melo. farai de arbi. gaal filius natha
de soba bonni de gadi. Selech de
amoni. naharai berothites armi
ger ioab filii sarui. ira iethi
tes. gareb. et ipse ithites. Urias ethe
Omnes xxxvii.